

DE PONDERIBVS

uasis magis respexisse mihi uidetur, quā ad
Mina. pondus. Supereft ut de Mina dicamus. Et
Atticam centum Drachmarum esse, notius
est, q̄ ut probatione indigeat. Quapropter
& Plinius supradicto libro xxi. capite ulti-
mo, sic legi posset, ut Mnām scribat, quam
& nostri Minam uocāt, habere Drachmas
Atticas centū, quem locum ita etiam a ple-
risq; recentioribus correctum uideo. Cæte-
rorum autem Græcorum , Paulus Ægineta
Minam Vnciarum esse sedecim author est,
Romanā uero Vnciarum uiginti. At inter-
pres Nicandri Minam simpliciter Vnciarū
esse sexdecim, & ipse scripsit. Quæ uero Ita-
lica mina uocetur, esse Librę unius semissis.
Quæ sententia mihi uidetur uerior, ut Græ-
ci Sextarium nostrum non solum $\frac{1}{6}$ $\text{st}\text{r}\text{n}$,
alienam ab ipsis uocem, sed Italicam quoq;
Minam uocent, quæ Vnciarum nostrarum
quīndecim sit. Quapropter Plinius , cum
apud scriptorem Atticum Minam reperit,
uertit simpliciter Libram : minimum enim
Libra nostra & Attica Mina differunt, ni-
mīrum quatuor solis Drachmis . At cum
eandem uocem ab aliis transfert, Libram
inquit, et Quadrantem, quod libro decimo
quarto, ubi de Oxymelle, itemq; Cenchrīte
uino agit, potest agnoscī ; tametsi sint, qui
non sa-